



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 36. Quid addendum sit circa restitutione[m] fructuum bonâ fide
perceptorum ex re aliena; Item circa compensatione[m]
melioramentoru[m] & expensarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

tivam emit aut vendidit, aut pro re sua accepit pretium furtivum. R. Omnia ista resolventur postea à n. 961. An autem res furtiva possit reddi furi, si prævideatur non redditurus domino, dictum est à n. 98.

Q. 36. Quid addendum sit circa restitutionem ¹⁴⁶ fructuum bonâ fide perceptorum ex re aliena: item circa compensationem melioramentorum vel expensarum. R. De his dicetur à n. 204.

A R T I C U L U S II.

Quid debeat restitui ab inferente injuriam formalem, seu malæ fidei damnificatore seu possessore.

Resp. Id juxta suprascripta æstimandum à²⁰ quantitate tum juris, quod alter habet; tum ¹⁴⁷ damni, quod injustè inferitur; cui æquale reddi debet, nisi aliud de damnificati merite & consensu rationabiliter præsumatur. Unde ²⁰ resolves.

I. Si damnificatus habeat jus in re, in qua ²⁰ damnum est passus, restitutio ei faciendâ est in ²⁰ solidum: si autem tantùm habeat jus ad rem, ²⁰ restitutio faciendâ est pro quantitate juris, ²⁰ consideratis circumstantiis: quia non debetur ²⁰ solidus valor rei, quæ expectabatur, cum tan- ²⁰ tum sit in spe, & multis modis possit inape- ²⁰ diri.

F 3

M. Qui